

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Auff Ihrer Königl. Majest. zu Dennemarck Norwegen,
e[t]c. e[t]c. Allergnädigsten Specialen Befehl, Revidirte
Oldenburgische Stadt-Schul Ordnung**

Adler, Jacob Nicolaus

Oldeoburg, 1703

VD18 13393405

I. Primanorum.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17761

LEGES SPECIALES

I.

Primanorum.

§. I.

Qui linguæ Aufoniæ exercitium neglexerit, & in duabus superioribus Classibus vernaculo locutus fuerit labio, semigroto mulctam solvito.

§. II. Qui non ante inchoatam cantionem precesque Scholæ debitas ad destinatam horam præsto fuerit, dimidio groto mulctator.

§. III. Quoties quis plane à Schola abfuerit, toties duobus grotis mulctator, nisi prægnantem excusationis causam ex morbo, aut itineris necessarii impedimento ortam, simulque ejus notitiam scripta scheda Scholæ Moderatori indicaverit.

§. IV. Qui privatæ disputationis audiendæ exercitio absens octo, qui Opponentis provinciæ, sedecim, qui Respondentis deerit, viginti quatuor grotis multator, repetita tamen in omnibus eadem excusationis dictæ exceptione.

§. V. Qui compositionem suam, Chriam, oratiunculam aut carmina elaboranda, tempore à Rectore præfinito non exhibuerit, octo grotorum mulctam solvito. Ita tamen, ut omnes mulctæ, de quibus in hoc & præcedentibus §. mentio facta, in usus Scholæ expendantur.



§. VI. Qui è prima classe ad Gymnasia aut Academi-
 as migraturi sunt, Rectori id duobus vel tribus mensi-
 bus ante significanto, veras migrationis causas illi expo-
 nunt, testimonium probitatis & diligentiae ab eo petun-
 to, & tandem oratiuncula publica Scholae nostrae Patro-
 nis, Rectori, Praeceptoribusque reliquis ac Commilitoni-
 bus solenniter valedicunt.

LEGES SPECIALES

II.

Pædagogorum.

§. I.

Ambientes Pædagogiam, inscio Rectore, civi-
 bus nostrae urbis, vel aliis Musarum Alumnis
 se non obtrudunt, sed Rectorem alloquun-
 tor, qui pro ratione progressuum & conditionis hospitia
 distribuet ac in ea Pædagogos introducet.

II. Pædagogi fidei suae commissis discipulis, cum
 religiosae pietatis, tum morum probitatis exemplo, domi
 forisque praelucento.

§. III. Mature Discipulos suos de somno excitant,
 manibus, facieque lotis, atque precibus fuis, caput
 ex sacris Bibliis cum ipsis legunt, ad lectiones in Schola
 recitandas praeparant.

§. IV,

